

**1 Versikel und Responsorium –
Deus, in adiutorium meum**

Deus, in adiutorium meum intende.
Domine, ad adiuvandum me festina.
Gloria Patri, et Filio,
et Spiritui Sancto,
sicut erat in principio, et nunc et semper,
et in saecula saeculorum. Amen. Alleluia.

2 Antiphon I

Dum esset Rex in accubitu suo,
nardus mea dedit odorem suavitatis.

Erster Psalm, Nr. 109 – Dixit Dominus

Dixit Dominus Domino meo:
sede a dextris meis donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion:
dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuae:
in splendoribus sanctorum
ex utero ante luciferum genui te.
Iuravit Dominus et non paenitebit eum:
tu es sacerdos in aeternum
secundum ordinem Melchisedech.
Dominus a dextris tuis:
confregit in die irae suae reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas:
conquassabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibet:
propterea exaltabit caput.
Gloria Patri...

3 Antiphon-Ersatz I

(Exaudi, Deus, orationem meam
et ne despexeris deprecationem meam.
Intende mihi et exaudi me
quoniam contristatus sum in exercitatione mea,
et conturbatum est in me cor meum,
et timor mortis cecidit super me.
Ego autem clamabo: Domine,
redime in pace animam meam, et salva me.)

4 Antiphon II

Laeva eius sub capite meo,
et dextera illius amplexabitur me.

**Versikel und Responsorium –
Deus, in adiutorium meum**

O Gott, in Gnaden stehe mir bei.
Herr, eile, mir zu helfen.
Ehre sei dem Vater und dem Sohn
und dem Heiligen Geist,
wie es war im Anfang, so auch jetzt und allezeit,
und von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.
Hallelujah.

Antiphon I

Da der König sich herwandte,
gab meine Narde ihren Geruch.

Erster Psalm, Nr. 109 – Dixit Dominus

So hat der Herr gesprochen zu meinem Herrn:
Setze dich nieder zu meiner Rechten, dass
ich dir deine Feinde als Schemel unter die
Füße setze.
Das Szepter deiner Macht wird der Herr
ausstrecken in Zion: Herrsche inmitten
deiner Feinde!
Dein ist das Königtum am Tage deiner Macht im
heiligen Glanz: Vor dem Morgenstern habe ich
dich gezeugt.
Geschworen hat der Herr, es wird ihn nicht
reuen: Du bist Priester auf ewig nach der
Weise Melchisedeks.
Zu deiner Rechten der Herr wird Könige
zerschmettern am Tag seines Zorns.
Unter den Heiden wird er richten, Tote werden
liegen zuhauf: Weithin auf Erden wird er die
Häupter zerschlagen.
Unterwegs wird er aus dem Bach trinken:
Darum erhebt er neu sein Haupt.
Ehre sei dem Vater und dem Sohn...

Antiphon-Ersatz I

(Gott, höre mein Gebet
und verbirg dich nicht vor meinem Flehen.
Merke auf mich und erhöre mich,
wie ich so kläglich zage und heule.
Mein Herz ängstet sich in meinem Leibe,
und des Todes Furcht ist auf mich gefallen.
Ich aber rief zu Gott:
Gib meiner Seele Frieden und helfe mir.)

Antiphon II

Seine Linke lieget unter meinem Haupte,
und seine Rechte herzet mich.

Zweiter Psalm, Nr. 112 — Laudate, pueri

Laudate, pueri, Dominum:
 laudate nomen Domini.
 Sit nomen Domini benedictum:
 ex hoc nunc, et usque in saeculum.
 A solis ortu usque ad occasum:
 laudabile nomen Domini.
 Excelsus super omnes gentes Dominus:
 et super caelos gloria eius.
 Quis sicut Dominus Deus noster:
 qui in altis habitat, et humilia
 respicit in Caelo et in Terra?
 Suscitans a Terra inopem,
 et de stercore erigens pauperem:
 Ut collocet eum cum principibus,
 cum principibus populi sui.
 Qui habitare facit sterilem in domo:
 matrem filiorum laetantem.
 Gloria Patri...

5 Antiphon-Ersatz II

Benedictus Dominus Deus Sabaoth:
 benedicti qui pugnant in nomine Domini.
 Manus enim Domini fortis et terribilis:
 manus Domini pugnat pro eis, manus
 Domini protegit illos.
 Pugnavit Sanson, pugnavit Gedeon:
 vicit Sanson, vicit Gedeon.
 Pugnauerunt nostri in nomine Domini:
 pugnavit Dominus pro nobis,
 et vicit Dominus inimicos eius.
 Laetamini, et exsultate, et psallite.

6 Antiphon III

Nigra sum sed formosa, filiae Ierusalem:
 ideo dilexit me Rex, et introduxit me
 in cubiculum suum.

Dritter Psalm, Nr. 121 — Laetatus sum

Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi:
 in Domum Domini ibimus.
 Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Ierusalem:
 Ierusalem quae aedificatur ut civitas
 cuius participatio eius in idipsum.
 Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini:
 testimonium Israel ad confitendum nomini
 Domini.
 Quia illic sederunt sedes in iudicio:
 sedes super domum David.
 Rogate quae ad pacem sunt Ierusalem:
 et abundantia diligentibus te.
 Fiat pax in virtute tua:
 et abundantia in turribus tuis.

Zweiter Psalm, Nr. 112 — Laudate, pueri

Lobet, ihr Knechte, den Herrn:
 Lobet den Namen des Herrn.
 Gepriesen sei der Name des Herrn
 von nun an bis in die Ewigkeit.
 Vom Aufgang der Sonne bis zum Untergang sei
 der Name des Herrn gepriesen.
 Erhaben ist der Herr über alle Völker
 und seine Herrlichkeit über die Himmel.
 Wer ist wie der Herr, unser Gott,
 der in der Höhe thronet, und auf das Niedrige
 blickt im Himmel und auf Erden?
 Den Geringen erhebt er aus dem Staub,
 und aus dem Schmutz richtet er den
 Armen auf,
 um ihn zu setzen neben den Fürsten
 seines Volkes.
 Die unfruchtbar war, lässt er wohnen im Hause
 als Mutter, ihrer Kinder froh.
 Ehre sei dem Vater...

Antiphon-Ersatz II

Gepriesen seist du Herr, Gott der Heerscharen:
 Gepriesen die, die im Namen des Herrn
 kämpfen.
 Denn die Hand des Herrn ist stark und schrecklich:
 Die Hand des Herrn kämpft für sie, die Hand
 des Herrn schützt jene.
 Samson kämpfte, Gideon kämpfte;
 Samson siegte, Gideon siegte;
 Die Unsrigen haben im Namen des Herrn
 gekämpft; der Herr hat für uns gekämpft,
 und der Herr hat seine Feinde besiegt.
 Freut euch, frohlockt und singt.

Antiphon III

Dunkel bin ich, aber lieblich, ihr Töchter
 Jerusalems. Darum hat mich der
 König auserwählt und hat mich in
 sein Gemach geführt.

Dritter Psalm, Nr. 121 — Laetatus sum

Ich freute mich über die, die mir sagten:
 In das Haus des Herrn wollen wir einziehen.
 So stehen unsere Füße in deinen Toren,
 Jerusalem. Jerusalem ist erbaut als eine
 Stadt, in der man zusammenkommen soll.
 Dorthin ziehen die Stämme des Herrn hinauf,
 nach Israels Gesetz den Herrn zu lobpreisen.
 Denn dort sind die Stühle zum Gericht
 aufgestellt, die Stühle des Hauses David.
 Erfleht für Jerusalem, was ihm zum Frieden
 dient; es möge wohl ergehen denen, die
 dich lieben.
 Friede herrsche in deinen Mauern
 und Glück in deinen Palästen.

Propter fratres meos et proximos meos:
loquebar pacem de te.
Propter Domum Domini Dei nostri:
quaesivi bona tibi.
Gloria Patri...

7 Antiphon-Ersatz II

O dulcissima Maria, amore tuo langueo,
quia suavis et benigna es.
Audi nos, sanctissima, et intercede pro nobis
ad Dominum Jesum Christum. Alleluia.

8 Antiphon IV

Iam hiems transiit, imber abiit et recessit:
surge, amica mea, et veni.

Vierter Psalm, Nr. 126 — Nisi Dominus

Nisi Dominus aedificaverit domum:
in vanum laboraverunt qui aedificant eam.
Nisi Dominus custodierit civitatem:
frustra vigilat qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucem surgere:
surgite postquam sederitis, qui manducatis
panem doloris, cum dederit dilectis suis
somnum.
Ecce hereditas Domini, filii:
merces, fructus ventris.
Sicut sagittae in manu potentis:
ita filii excussorum.
Beatus vir qui implevit desiderium suum
ex ipsis: non confundetur cum loquetur
inimicis suis in porta.
Gloria Patri...

9 Antiphon-Ersatz IV

Quae est ista
quae progreditur quasi aurora consurgens,
pulchra ut luna, electa ut sol,
terribilis ut castrorum acies ordinata?

10 Antiphon V

Speciosa facta es, et suavis in deliciis tuis,
Sancta Dei Genitrix.

Fünfter Psalm, Nr. 147 — Lauda, Ierusalem

Lauda, Ierusalem, Dominum:
lauda Deum tuum, Sion.
Quoniam confortavit seras portarum tuarum:
benedixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem:
et adipe frumenti satiat te.

Um meiner Brüder und Gefährten willen
will ich dir Frieden wünschen.
Um unseres Herrn Hauses willen
will ich dir Gutes wünschen.
Ehre sei dem Vater...

Antiphon-Ersatz III

O süßeste Maria, nach deiner Liebe sehne
ich mich,
denn sie ist süß und gütig.
Erhöre uns, Heiligste, und bitte für uns
bei unserem Herrn Jesus Christus. Hallelujah

Antiphon IV

Der Winter ist schon vorbei, der Regen ist
vorüber und vergangen: Erhebe dich, meine
Freundin, und komm.

Vierter Psalm, Nr. 126 — Nisi Dominus

Wenn nicht der Herr das Haus erbaut,
so arbeiten vergeblich, die daran bauen.
Wenn nicht der Herr die Stadt behütet,
so wacht der Wächter umsonst.
Vergeblich erhebt ihr euch vor Morgengrauen
und geht spät zur Ruhe und esst das Brot
der Sorgen; denen, die er liebt, gibt er es
im Schlaf.
Seht, Söhne sind ein Erbgut des Herrn:
Ein Lohn ist die Leibesfrucht.
Wie Pfeile in der Hand des Starken
sind die Söhne aus der Jugendzeit.
Glücklich der Mann, der mit ihnen sein
Verlangen erfüllt hat: Er wird nicht
zuschanden, wenn er mit seinen Feinden im
Tor verhandelt.
Ehre sei dem Vater...

Antiphon-Ersatz IV

Wer ist,
die hervorbricht wie die Morgenröte,
schön wie der Mond, auserwählt wie die Sonne,
schrecklich wie die Heerscharen?

Antiphon V

Du bist wunderschön und lieblich in deiner
Jungfräulichkeit, Heilige Muttergottes.

Fünfter Psalm, Nr. 147 — Lauda, Ierusalem

Preise, Jerusalem, den Herrn,
preise deinen Gott, Zion.
Denn er hat die Riegel deiner Pforten gefestigt
und deine Kinder drinnen gesegnet.
Deinen Grenzen hat er Frieden gewährt, und mit
dem feinsten Weizen sättigt er dich.

Qui emittit eloquium suum Terrae:
 velociter currit sermo eius.
 Qui dat nivem sicut lanam:
 nebulam sicut cinerem spargit.
 Mittit crystallum suum sicut buccellas:
 ante faciem frigoris eius quis sustinebit?
 Emittit verbum suum, et liquefaciet ea:
 flabit spiritus eius, et fluent aquae.
 Qui annuntiat verbum suum Iacob:
 iustitias et iudicia sua Israel.
 Non fecit taliter omni nationi:
 et iudicia sua non manifestavit eis.
 Gloria Patri...

Er sendet seinen Spruch zur Erde,
 schnell läuft sein Wort dahin.
 Schnee gibt er wie Wolle,
 Reif streut er aus wie Asche.
 Hagel schleudert er herab wie Brocken,
 wer kann bestehen von seinem Frost?
 Er sendet sein Wort und es taut,
 er lässt seinen Wind wehen, da fließen
 die Wasser.
 Sein Wort verkündet er Jakob,
 Israel sein Recht und Gebot.
 So hat er an keinem Volk getan,
 keinem anderen seine Gesetze kundgetan.
 Ehre sei dem Vater...

12 Kapitel

Ab initio et ante saecula ordinata sum,
 et usque ad futurum saeculum non desinam,
 et in habitatione sancta coram ipso ministravi.
 R. Deo gratias.

Hymnus — Ave, Maris Stella

Ave, Maris Stella,
 Dei Mater alma,
 Atque semper virgo,
 Felix Coeli Porta.

Sumens illud "Ave"
 Gabriellis ore,
 Funda nos in pace
 Mutans Evae nomen.

Solve vincla reis,
 Profer lumen caecis,
 Mala nostra pelle,
 Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem:
 Sumat per te preces
 Qui, pro nobis natus,
 Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
 Inter omnes mitis,
 Nos culpae solutos
 Mites fac et castos.

Vitam praesta puram,
 Iter para tutum,
 Ut videntes Iesum
 Semper collaetemur.

Kapitel

Von Anfang und vor aller Zeit bin ich berufen,
 und bis in alle Ewigkeit werde ich nicht von
 ihm ablassen, und durch die heilige Wohnung
 habe ich ihm gedient.
 R. Dank sei Gott, dem Herrn.

Hymnus — Ave, Maris Stella

Sei begrüßt, Meerstern,
 milde Mutter Gottes,
 allzeit Jungfrau,
 gesegnete Himmelsporte.

Da jener Gruß erklingt
 aus Gabriels Mund,
 beschere uns den Frieden,
 mach Evas Namen nichtig.

Löse die Ketten der Schuldigen,
 gib Licht den Blinden,
 vertreibe unsere Missetaten,
 begehre alles Gute.

Zeige, dass du Mutter bist,
 Möge er durch dich die Gebete erhören,
 der für uns geboren wurde
 und Fleisch wurde durch dich.

Auserkorene Jungfrau,
 milder als alle anderen,
 befreie uns von Schuld,
 mach uns gut und keusch.

Gib uns ein reines Leben,
 bereite uns einen sicheren Weg,
 dass wir Jesum erblicken
 und uns ewig freuen mögen.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

Gelobt sei Gott der Vater,
Ruhm sei dem allerhöchsten Christus
und dem Heiligen Geist,
Ehre der Dreifaltigkeit. Amen.

13 Versikel & Responsorium

V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.
R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Versikel & Responsorium

V. Für würdig halte mich, dich zu loben,
heilige Jungfrau.
R. Gib mir Kraft gegen Deine Feinde.

14 Magnificat Antiphon

Beatam me dicent omnes generationes,
quia ancillam humilem respexit Deus.

Magnificat Antiphon

Alle Geschlechter werden mich selig preisen,
denn Gott hat die Niedrigkeit seiner Magd
angesehen.

Magnificat

Magnificat anima mea Dominum.
Sicut locutus est ad patres nostros.
Et exultavit spiritus meus in Deo, Salutari meo.
Sicut locutus est ad patres nostros.
Quia respexit humilitatem ancillae suae:
ecce enim, ex hoc beatam me dicent omnes
generationes.
Sicut locutus est ad patres nostros.
Quia fecit mihi magna qui potens est:
et sanctum nomen eius.
Sicut locutus est ad patres nostros.
Et misericordia eius a progenie in progenies
timentibus eum.
Sicut locutus est ad patres nostros.
Fecit potentiam in brachio suo:
dispersit superbos mente cordis sui.
Sicut locutus est ad patres nostros.
Deposuit potentes de sede:
et exaltavit humiles.
Sicut locutus est ad patres nostros.
Esurientes implevit bonis:
et divites dimisit inanes.
Sicut locutus est ad patres nostros.
Suscepit Israel puerum suum:
recordatus misericordiae suae.
Sicut locutus est ad patres nostros:
Abraham et semini eius in saecula.
Gloria Patri...

Magnificat

Meine Seele erhebt den Herrn.
Wie er gesprochen hat zu unseren Vätern.
Und mein Geist frohlockt in Gott, meinem Heiland.
Wie er gesprochen hat zu unseren Vätern.
Denn er hat die Niedrigkeit seiner Magd
angesehen; siehe, von nun an werden mich
selig preisen alle Geschlechter.
Wie er gesprochen hat zu unseren Vätern.
Denn Großes hat der Gewaltige an mir getan,
und heilig ist sein Name.
Wie er gesprochen hat zu unseren Vätern.
Und seine Barmherzigkeit währet von
Geschlecht zu Geschlecht bei denen, die
ihn fürchten.
Wie er gesprochen hat zu unseren Vätern.
Macht hat er geübt mit seinem Arm,
zerstreut, die stolzen Herzens sind.
Wie er gesprochen hat zu unseren Vätern.
Gewaltige hat er vom Thron gestürzt
und Niedrige erhöht.
Wie er gesprochen hat zu unseren Vätern.
Hungrige hat er mit Gütern erfüllt
und Reiche gehen lassen mit leeren Händen.
Wie er gesprochen hat zu unseren Vätern.
Seines Knechtes Israel hat er sich
angenommen, eingedenk seiner
Barmherzigkeit.
Wie er gesprochen hat zu unseren Vätern
Abraham und seinen Nachkommen
in Ewigkeit.
Ehre sei dem Vater...

15 Magnificat Antiphon-Ersatz

Ab aeterno ordinata sum,
 et ex antiquis, antequam Terra fieret.
 Nondum erant; abyssi, et ego iam concepta
 eram;
 necdum fontes aquarum eruperant,
 necdum montes gravi mole constiterant;
 ante colles ego parturiebar.
 Adhuc Terram non fecerat,
 et flumina, et cardines Orbis Terrae.
 Quando praeparabat Caelos aderam;
 quando certa lege et gyro vallabat abyssos;
 quando aethera firmabat sursum,
 et librabat fontes aquarum;
 quando circumdabat mari terminum suum,
 et legem ponebat aquis, ne transirent
 fines suos;
 quando appendebat fundamenta terrae,
 cum eo eram, cuncta componens,
 et delectabar per singulos dies,
 ludens coram eo omni tempore,
 ludens in orbe terrarum,
 et deliciae meae esse cum filiis hominum.

16 Fest-Kollekte und Versikel & Responsorium

V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.
 Oremus. Solemnitatem Rosarii
 beatissimae Virginis Mariae genetricis tui
 celebrantes, quaesumus, omnipotens Deus,
 benigno favore prosequere: quatenus ita
 ipsius sacra mysteria contemplemur in Terris,
 ut post huius vitae cursum eorum fructus
 percipere mereamur in Caelis, per Dominum
 nostrum Iesum Christum, Filium tuum, qui
 tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti
 Deus, per omnia saecula saeculorum.
 R. Amen

Schlussformel des Offiziums

V. Benedicamus
 R. Deo gratias.

17 Extraliturgische Schlussmotette

In ecclesiis benedicite Dominum. Alleluia.
 In omni loco dominationis benedic,
 anima mea, Dominum. Alleluia.
 In Deo salutari meo et gloria mea:
 Deus auxilium meum, et spes mea
 in Deo est. Alleluia.
 Deus noster, te invocamus, te declaramus,¹

Magnificat Antiphon-Ersatz

Ich bin eingesetzt von Ewigkeit,
 von Anfang, vor der Erde.
 Da die Tiefen noch nicht waren, da war ich
 schon geboren;
 da die Brunnen noch nicht mit Wasser quollen.
 Ehedenn die Berge eingesenkt waren,
 vor den Hügeln war ich geboren.
 Da er die Erde noch nicht gemacht hatte,
 noch die Flüsse, noch die Berge des Erdbodens.
 Da er die Himmel bereitete, war ich daselbst,
 da er die Tiefe mit seinem Ziel fasste.
 Da er die Wolken oben festete,
 da er festigte die Brunnen der Tiefe,
 da er dem Meer das Ziel setzte,
 und den Wassern, dass sie nicht überschreiten
 seinen Befehl,
 da er den Grund der Erde legte:
 Da war ich der Werkmeister bei ihm,
 und hatte meine Lust täglich,
 und spielte vor ihm allezeit;
 und spielte auf seinem Erdboden,
 und meine Lust ist bei den Menschenkindern.

Fest-Kollekte und Versikel & Responsorium

V. Der Herr sei mit euch.
 R. Und mit deinem Geiste.
 Lasset uns beten. Zur Feier des Rosenkranzes
 der seligsten Jungfrau Maria, deiner
 Gebärierin, bitten wir, allmächtiger Gott, in
 deiner wohlwollenden Gunst fortzufahren: auf
 Erden wollen wir seine heiligen Mysterien
 beständig so betrachten, dass wir es
 verdienen, nach dem Lauf dieses Lebens im
 Himmel deren Früchte zu empfangen, durch
 unsern Herrn Jesus Christus, deinen Sohn,
 der mit dir lebt und regiert in der Einheit des
 Heiligen Geistes, o Herr, in alle Ewigkeit.
 R. Amen

Schlussformel des Offiziums

V. Singet Lob und Preis!
 R. Dank sei Gott, dem Herrn.

Extraliturgische Schlussmotette

Lobet Gott den Herrn in den Versammlungen.
 Hallelujah.
 Lobe Gott, meine Seele, an allen Orten seiner
 Herrschaft. Hallelujah.
 Der Herr ist mein Heil, meine Ehre, der Herr ist
 meine Hilfe; meine Zuversicht ist auf Gott.
 Hallelujah.
 Unser Gott, Dich rufen wir an, Dich verkünden wir,

te adoramus: libera nos, salva nos,
vivifica nos. Alleluia.
Deus adiutor noster in aeternum. Alleluia.

Dich beten wir an: befreie uns, rette uns,
belebe uns. Hallelujah.
Herr Gott, unser Beistand in Ewigkeit,
Hallelujah.

¹ te declaramus (Dich verkünden wir):
1615 heißt es: "te laudamus"; was eine
Silbe kürzer und möglicherweise ein Irrtum ist.